

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.C. ac
Pandectarum Professor Publ. ... ad exequias Quas Matronae ... Dorothea
Allwarts/ Coniugi suae suavissimae & matri amantissimae ... Dn. M. Rembertus
Sandhagen ... Hodie ... paratas cupiunt, Omnes Academiae Cives officiose &
amanter invitat : [P.P. sub Sigill. Acad. d. XVIII. Maii Anno LXXVI.]**

Rostochii: Kilius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742724530>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H. R.,
in Dor. Allwarts,
uxor. R. Sandhagen.
R. 1676.

10



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742724530/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742724530/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742724530/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742724530/phys_0004)

DFG

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RU-
DOLPHUS Redeker
J.C. ac Pandectarum Professor Publ.
Consistorii item Ducalis Adsestor
ad exequias,
Quas
Matronæ pia & laudatissime
DOROTHE
Ollwarts/



Conjugi suæ suavissimæ & matri amantissimæ
VIR Pl. Reverendus & Clarissimus
DN.M.REMBERTUS Sandhagen
Rev. Ministerii Senior, & ad D. Nicolai Pastor fi-
delissimus, nec non liberi & generi moestissimi,
Hodiè, dimidiâ secundâ, in templo Nicolaitano
paratas cupiunt,
OMNES ACADEMIÆ CIVES officiosè & amanter
invitat.

ROSTOCHII,
Typis Heredū JOANNISKILII, Acad. Typogr. 1676

Salutem, !

Qui mortem hominum senectute consectorum
naturalē; juvenum & virorum, in vigore ætatis con-
sistentium, immaturam; infantum autem acerbam vo-
cant, illi, meo equidem judicio, neutiquam à vero ab-
ludunt. Acerba siquidem jure merito vocatur infantum mors,
tum quia nasci incipiunt, & sub herba, ut diei solet, conculan-
tur, tum quia inverso mortalitatis ordine ante parentes, quos
ordo naturæ alioquin præcedere jussit, ex hâc vitâ discedunt,
tum etiam quia haud minimum divinæ benignitatis argu-
mentum esse perhibetur, si quis ad plenitudinem ætatis suos
protraxerit dies. Immatura autem mors dicitur, cum quis in
ipsa ætatis acme, quam Inlustris Scaliger statum aut statam æ-
tatem reddit, mortalitatem relinquat. Immaturum siquidem
id dicimus, quod adjustam perfectionem, in naturali suo or-
dine, nondum est deductum, sed intempestivè evenit. Ast na-
turem mortem vocamus, cum quis absoluto vitæ humanæ
cursu supremum diem, ultra quem vitæ terminus regulariter
non figitur, obit. Hunc autem vitæ terminum divinus Legis-
lator & Vir Dei Mose suo tempore, ex ordinario vitæ cursu,
definivit P/alm: 90. In diebus ipsis annorum nostrorum sunt septua-
geni anni, aut (ut simus valentissimi) octogeni anni. Qui itaque
ad hunc seculi terminum, providente Deo, dies suos protra-
hit, potius diversorum humanæ habitationis videtur relin-
quere, & ad quietem æternæ salutis se componere, quam ut
mortis vel temporis incusare possit injuriam, quia annos na-
turā præfinitos absolvit. Postremæ huic classi verè anume-
ramus matronarum decus DOROTHEAM Allvartes/
Viri multum Reverend. & Clarissimi Dni M. REMBERTI
Sandhagens / Rev. Ministerii Senioris, & ad D. Nicolai Pasto-
roris vigilantissimi & fidelissimi, nec non amici & conterranei
nostrí conjunctissimi, ultra quadraginta annos conjugem pissimam

mā. Illa enim, dū post LXXVII. vitæ annos, quos, raro seculi præ-
sentis exemplo, pie adimplevit, ex hāc peregrinatione, cum
Redemptore humani generis, in celestem patriam evolavit,
nobisq; hanc scribendi materiā suppeditavit, ut memoria hos
nestæ vitæ, edecumata pietatis, & perspectæ probitatis, ad
honestam & virtutis æmulam posteritatem transmittatur.
Ceterum quæ ad piæ hujus matronæ vitam innocentem, mo-
res honestos, familiam conspiciuā, & beatū deniq; ex hāc mor-
talitate discessum pertinent, malumus illorum, quibus cu-
rator de illis sedet notitia, quam nostris commentari verbis,
id tamen, in majorem rei auctoritatem, publicitus testaturi,
omnia isthæc communi hujo urbis suffragio esse comprobata.
Nata est bac Nostra pie defuncta, suis desideratissima, die undecimo
Januar, circa meridiē, Anni O.R. nonagesimi noni supersesquimilleſa-
mum, Patre, Viro Integrissimo, JACOBO Allwarden / Cive ac Cere-
viseario hic loci industrio. Matre, Virtuosissimā Matronā, CATHA-
RINA Dunders/ sorore Pl. Rever. ac Clariss. DN. M. ANDREÆ
Dunders Pastoris Petrini meritissimi germanā. Avum paternum
landavit JOACHIMUM Allwardes; Aviam, MARGARE-
THAM Butendiek / Maternum, HENRICUM Dunder / Civem
Sternebergensem; Majores certè & dexteritate & probitate omnes
cluentis. Quamprimum verò laudati Parentis Filiolam sibi naciam
adspexere, illam in peccatis concepsam & natam DEo, per s. Baptis-
mum, reconciliandam suarum partium duxere, nec provectioni ad-
bortionibus & exemplis ad virtutem & pietatem defuere. Hic
tamen educationis communis labor, non diu duravit. Pater enim
grandatus Anno 1607, filiolam banc suam ostennens post se relin-
quens, deceſſit. Utut verò matrem jam viduam omnes cura &
labores premerent, non tamen opprefſere: sed DEus, viduarum Pa-
ter, & illius curam gerens paternè, de matrimonio iterum cum Viro
Eximio GERHARDO Hüſting incendo, ipſi prospexit. Quod &
feliciter Anno 1609 contractum. Hunc suum Vitricum bac Nebra
nū patrem & dilexit & honoravit; Ille iterum canut à ſe genitam
habuit

habuit. Illa, omnia qua iubebatur promptè diligenterque exsequi;
Ille, qua justa, pia & decentia imperare s'evit. Nec minor ipsi cura,
erga omnes nosos & ignotos, amicos & inimicos, pauperes & di-
vites pie & decenter se se ut gereret. Hic & factum ut à bonus fuerit
laudata, apis adamata, malevolentibus occasio traducendi nulla
data. Cumque adeo pie, castè ac prudenter rem omnem ageret, ea
visa fuit Viro Plur. Rever. Clariss. atq[ue] Doctiss. Dn. M. JOHAN-
NI Goldsteini Pastori hic ad D. Nicolai imeritissimo, Superintenden-
ti Ecclesiarum Rostoch. Gravissimo domum quam duceret. Quæ
deductio Anno 1625 felicibus auspiciis peracta. Cobabit vere X.
Annis, euinq[ue] lœcet senem pulchra prole, Filiis JOHANNE & Filia
EVA, DEO benedecente, fecit parentem. Posthac visum fuit Deo, hunc
Virum, de Ecclesiâ, de Urbe hac, tunc temporis, egregie meritum. B.
NOSTRÆ Mariam Dilicissimum, laboribus, quos per quadra-
ginta annos in officio suo. Pastor ali diligenter nocte dieq[ue] pertulisset,
adulso Februario, Anni 1635 solvere, atq[ue] ita miserando Viduarum
chara banc nostram inserere: visum itidem fuit Clementissi. DEO
illam iterum eximere. Cum enim Plur. Rev. Clariss. atq[ue] Doctiss. DN.
M. REMBERTUS Sandhagen Pastor jam Aedis Nicotaitane
meritissimus, Renerend. Ministerii Senior & p.s. Director, Vidua-
us prob dolor! mestissimus, ad Diaconatum legitime vocaretur, DE-
US Opt. Max. cor ueriusq[ue] eo dispositus, ut commune illud jugum d. 23.
August. An. 1636. se non detredire, subire, publicè & solenniter testa-
rensur. Hoc Conjugium benedictionis Divine non fuit expers. Nata
quippe sunt tres Filiole. Harum prior ANNA nominata non diu
superstes. MARGARETHA CATHARINA & junior ANNA
Dei gratia superstes, cum reliquis è priori Matrimonio, inculca-
tio veræ religionis copiibus, virtutum intramies sedulè sunt ductæ
Cumq[ue] nec virtutum rauliebrem sexum qua decent, nec decoris quic-
quam illis deesset, facile sebi invenerunt maritus. EVA enim, DEO
Moderatore, nubat Viro pl. Rev. ac Clariss. DN JOACHIMO
LINDEMANNO Diacono i.e. ad D. Petri, deinde ad D. Marie Ar-
chidiacono Fidelissimo, peperitq[ue] IV. Filios, totidem Filias. Nempe
Mariam

MARIAM ELISABETHAM, JOHANNEM JOACHIMUM,
DOROTHEAM MARGARETHAM, THOMAM AL-
BRECHT, EVAM, DOROTHEAM AGNETAM, JOACHI-
MUM, JOHANNEM. Ex his *Filia natu major* MARIA ELISA-
BETHA, & EVAM, & penultimus *Filius* JOACHIMUS adhuc aura
descendit atberet, intermedii reliquis, DEO volente, hoc denega-
tum. Quenatū major, eam *Vir Rev Clar. Doctiss.* DN. M. MAT-
THÆS LAURENTIUS, Diacon. ad D. Mar. quam diu viveret
bene merentissimus, sibi copularat, cui & Filiolam JOHANNAM
DOROTHEAM peperit, ab illo tamen prob dolor! non visam. Nam
Deus vita necisq; Dominus prælaudatum Dn. Laurentium, dolentibus
omnibus bonis, citius nobis abripuit. Filiola quoque nata, annum
non dum explens, patrem est sequuta. Prospexit tamen Deus Miseric.
ridue Laurentianæ, dura ante biennium a Viro Excellent. & Clariss.
DN. M. JOHANNE MANTZELIO Profess. Grac. Lit. Cele-
ber; Collega & amico nostro honoratissimo ducta. Nec defuit Divis
na benedictio, osculantur enim filiolam suavissimam ILSABEN
EVAM. Filiissi è priori matrimonio DN. JOHANNES Goldstein
iactis. & privatim & in schola oppidanâ fundamentis, per agratisq;
aliquot Academias DEO, Studioque Theologico se totum consecravit:
vocatus est Anno 659. ad Parochiam Schorrentinensem, confirmatus
à Sereniss. Principe ac Domino DN. GUSTAVO ADOLPHO, Du-
ce Meckleburgico etc. Domino nostro Clementissimo. Hoc officio fungens,
cum duplice oneri Ecclesiastico & domestico imparem se sentiret, con-
sentientibus parentibus, unum illorum devolvit in Virtuosiss. & le-
gittimam Virginem MARIAM LIVONII, Raverendi DN. DA-
NIELIS LIVONII, Pastoris Dargunensis Filiam, quâcum VII. libe-
ros genuit, Puta SOPHIAM DOROTHEAM, ANNAM MAR-
GARETHAM, JOHANNEM HENRICUM, EVAM MARI-
AM, DANIELEM, CATHARINAM ELISABETHAM, una
lucem non vidit, sed in pari exstincta. CATHARINÆ ELISABE-
THÆ brevir lucis usurpâ concessâ, aliquot enim diebus ante, quam
Mater anno 1674. decesseret, viduumq; erphanos orphuanosq; reliquos

relinqueret, obiit. Posterioris conjugii natu major MARGARETHA
CATHARINA Viro Pl. Reverend. atq; Clariss. DN. NICOLAO
RIDEMANNO, S.S. Theol. Licent. V.D. ad D. Mariae Fideliss. M. nub-
fit. Cum hoc tamen, Deo si volente, paucas saltem septimanas vixit.
Hanc viduam Vir Reverend. ac Doctiss. DN. HENRICUS SLU-
TOVIUS, Diac. ad D. Nicolai Vigilantiss. Anno 1665, die 19. April.
sibi conjuxit; quocum per quinque annos concorditer degit, tribus li-
beris maritum exilarans, Filiis, HENRICO & REMBERTO,
unâque Filiâ MARGARETHA CATHARINA. Qui tamen in
ipso flore omnes decidere, patre ipso mox ehen! d. 21. Augusti A.D. 1671.
sequito. Iterum viduam sociam vita eam sibi elegit Vir Clariss. &
Doctiss. DN. M. JOACHIMUS ERNESTUS HELWIG, Conre-
ctor deschola hâc oppidanâ benè merens, quem itidem & Filiâ DO-
ROTHEA CATHARINA & Filio JACOBO REMBERTO,
laetificavit. Altera natu minima ANNA, Dei nutu, parentumque
consensu, cum Viro Clariss. DN. M. JOHANNE GEORGIO BIN-
DRIM, S.S. Theol. Prof. Ducal. designato, Anno 1673, d. 8. Octobr.
matrimonium contrâxit. Nec hoc infæcundum, Filialam enim AN-
NAM DOROTHEAM, Filiolo JOHANNE REMBERTO ad plus-
res abeunte, ulnis adbuc amplectuntur. Sic & in nostra pie defuncta
illud Davidis, semen justorum non peritum, adimpletum. Vidiit e-
nim ex se V, liberos, Nepotes & Neptes XXII. Pronepotes II.

Ad vitam & mores pie nostræ defunctæ quod attinet, cum non in
angulo sed in conspectu hominum quotidie ambularit, de illis multa
dicere supercedemus. Provocamus ad unius cuiusq; qui illam intus &
extra norit, conscientiam. Brevibus. vixit & mortua est, professionis
sua memor. Dum vivaret, peccata, quantum potuit, angue pejus
vitavit. Si qua obrepsero, precibus quotidianis supplicibus a DEO
remissionem flagitavit. Verbum salvificum & conciones publicas
adamauit. s. synaxi fidem confirmavit. proximi miserta quibus po-
tuit, ipsi inserviit. Sic fidem dilectione efficacem servans ad finem
usq; in ea perseveravit. Cum enim ab anni superioris d. 21. No-
vembr. continua lassitudine & sensim sequente virium diminutione

lecto

lecto detineretur, vocatus quidem est Vir Excellentiss. & Experient.
DN. JOHANNES BACKMEISTERUS Medicina Doctor &
Profess. Celeberr. Collega & Compater noster honorandus, frustrata-
men medicamenta, indies crescente langvore, sunt adhibita. Quæ
cum B. nostra animadverteret, voluntati divine patienter se subje-
cit, nectam curam corporis, quam animæ maximam gerens, arden-
tissimis eam precibus, Redemptoris suo Dno JESUCHRISTO commen-
davit. & quo magis confirmaretur, bis ab Adm. Rev. & Clar.
DN.M. HENRICO CARMOHN Archidiac. jam ad D. Jacobi,
Vigilantissi. qui ipsi à confessionibus, verum corpus & sanguinem
Iesu Christi, in tempore remissionis peccatorum & adipiscundæ e-
terna Hereditatis, porrigi sibi postulavit. Hisce piis cogitationi-
bus dedita, preterlabso die Veneris 12. Maj, cum biduo proximè pre-
cedenti morbus & languor nimium crecerent, haec ad huerationis
plenario usupollens se salvatori suo commendasset, subinde repetens
psalmos & dicta S. Scripture, in primis illum psalmū Herzlich thut
mich verlangen &c. quo desiderium esse cum Christo satio testabatur,
circiter octavam matutinam in vera fide, inter circumstantium
Dni. Mariti, vidui prob! mæstissimi, Filiarum, & aliorum sangu-
ne junctorū preces & suspiria, placide obdormivit, quem vixisset An-
nos 77. quatuor menses & tres dies. Memoria ejus sit in benedictione!
Ex honestissimo hoc piè defunctæ elogio innotescit, quod
vixerit in hoc mundo ex præcepto D. Pauli Tit. 2. b. 12.
in sobrietate, & in justitiâ, & in timore Dei; illud, erga
se ipsam, istud, erga proximum, hoc, erga Deum. Siquidem
in familiâ providæ matrisfamilias officium egregiè exornavit;
cum marito, quod de se olim Pomponius Atticus apud Corne-
lium Nepotem gloriatus est, nunquam in gratiam rediit, quia
inter conjuges suavi vitæ consortio sociatos, nunquam offen-
se quicquam aut jurgii, quæ animorum indissoluble vinculum
solveretur, intercessit, sed idem nolle & idem velle firmissima
in hoc thoro conjugali fuit amicitia. Semper enim id egit pia

haec

hæc Matronæ, ut viro placeret, nec unquam in animam induxit suum id velle, quod ipse nollet. Quin imò Saræ laudatam humilitatem, Rachelis temperatam frugalitatem, & Susanæ sinceram castitatem semper imitari conata est. Proinde non tantum tranquillum, sed & suave fuit matrimonium, & prole, ad exemplum matris, honestissimè educatâ, beatum. Erga proximum eas sectata est virtutes, quæ omnem planè vitam exornant, iisdemque se omnibus gratam & acceptam, nulli onerosam aut molestâ reddit, adeoq; reliquis, ejusdē sexus personis, quæ subinde à tramite honestatis recedunt, ob virtutis decorum, in exemplum ponenda est. Pietatē erga Deum, non in labris aut externo ritū, ut multorum pravi mores fuerunt, circumferebat, sed devoto cultu & pio Zelo ostendebat, & usurpatione sanctorum munierum exprimebat: adeoque semper ex intimis animi penetralibus ad Politiam celestem, in quâ manentem civitatem sibi cum beatorum cetu certò promisit, contendit. Postquam itaque ante paucos dies, non tam morbi acerbitate quam vitæ senio confecta, placidissimâ morte, ex hâc ærumnarum valle, discessit, animaque ejus, sanctissimo Christi sanguine redempta, ad eum, à quo data est, remigravit, corpus autem exanime terræ matri hodiè demandandum; facile, quid nostri sit officii, nosmet ipsos commonefacere possumus: ipsa siquidem humanitatis & pietatis ratio abs nobis efflagitat, extremum honorem piæ matronæ, in benevolentiam & solatium mæstissimorum, mariti Scl. liberorū, totiusve laudatissimæ familie, tribuere. Compareamus ergo, Cives Honoratissimi, frequentes hodiè, post horam primam, in illo, quod D. Nicolao consecratum est, templo, & exequias ibidem destinatas honorifico comitatu eamus & exornemus; repetentes id animo, mortem, hoc præprimis contagioso tempore, plurimis esse in januis, omnibus autem in infidiis.

P.P. sub Sigillo Acad. d. XVIII. Maij Anno LXXVI.



lecto detineretur, vocatus quidem est Vir Excellentissimus
DN. JOHANNES BACKMEISTERUS Medicus Professus. Celeberrimus Collega & Compater noster honoris
 men medicamenta, iudicis crescente langore, sunt
 cum B. nostra anima adverteret, voluntati divine
 cit, nec tam curam corporis, quam anime maxima
 tissimis eam precibus, Redemptoris suo Dno JESUC
 davit. Et quo magis confirmaretur, bis ab Adm.
DN. M. HENRICO CARMOHN Archidiac. j.
 Vigilantissimi qui ipsi a confessionibus, verum corp.
 Je/a Christi, in tempore orationis remissionis peccatorum &
 terne Hereditatis, porrigit sibi postulavit. Hisce
 bus dita, preterlabso die Veneris 12. Maj, cum bi-
 cedenti morbus & languor nimium crecerent, haec
 plenario usu pollens se salvatori suo commendasset,
 psalmos & dicta S. Scripture, in primis illum psalmum
 mich verlangen &c. quo desiderium esse cum Christo
 circiter octavam matutinam in vera fide, inter
 Dni. Mariti, vidui prob. mæstissimi, Filiarum, &
 ne junctorum preces & suspiria, placide obdormivit, q.
 nos 77. quatuor menses & tres dies. Memoria ejus si-
 Ex honestissimo hoc piè defunctæ elogio inn-
 vixerit in hoc mundo ex præcepto D. Pa-
 in sobrietate, & in justitiâ, & in timore
 se ipsam, istud, erga proximum, hoc, erga Deum
 in familiâ providæ matrisfamilias officium egre-
 cum marito, quod de se olim Pomponius Atticu-
 lum Nepotem gloriatus est, nunquam in gratia
 inter conjuges suavi vitæ consortio sociatos, nu-
 se quicquam aut jurgii, quæ animorum indissolubilis
 solveretur, intercessit, sed idem nolle & idem ve-
 in hoc thoro conjugali fuit amicitia. Semper en-

